

Quando civitas Damiatae amissa est. sed apud eam de secessione
possit. Quoniam autem fortissima dicitur possit. Quoniam fortissima dicitur possit.
despiciunt enim beatis dieis cassum [1] Beatus vero et Cuius sita a
anno MCCCXXII dominus Pelagius Apostolicæ sedis legatus cum multis
millibus Christianorum et maxime Alamanorum Francorum Romanorum civitatem
Damiatae reliquerat [a] et in occursum Saracenorum iter arripuerat [b] civitate Damiatae
optime relicta munita [c]. Et cum jam separati essent a civitate prædicta fere
per milia LX subito flumen quoddam vocatum Euphrates [d] voluntate divina a
montanis partibus sicut ejus consuetudo est provinciam illam semel in anno irrigare
inundavit; in quo fluvio multa millia Christianorum et maxime Romanorum fame
aquis et gladio perierunt. At ubi Saraceni videntes quod Christiani suis succursum
præbere nequirent et retro non posset reverti [e] quod sine lacrimis vix dicere qui
mus recepta est ab Saracenis civitas Damiatae et multa milia Christianorum (102)
utriusque sexus cum illa. Illos vero qui ad tuitionem liciarum [f] et civitatis erant
similiter et eos qui in castro Thaneos aderant in manus Saracenorum tradentes [g]
ipso domino Pelagio omnem culpam impenderunt.

*De tertia destructione castri Imolæ et de
destructione et obsidione Imolæ.*

CAP. CLXX.

Anno a Virginis partu CCXXII [h] post mille die tertio intrante Januario Imolenses
una cum ipsius civitatis episcopo qui eorum erat rector castrum Imolæ destruxerunt
[i] ac combusserunt hostiliter datis tribus millibus librarum [j] boni hominibus
[k] in dicto castro habitantibus [l] tali quidem conditione ut de castro se debeat
ad civitatem transferre ipsos vero locantes a porta Laviscis [m] usque ad portam Spivilliam [A] et essent etiam perpetuo cives. Hac quidem occasione Faventini

[a] Damiatae reliquerat. Sic lego. In Codd. Damiatae relinquerat. — [b] iter arripuerat. Sic corrigo; iter ariperat. Codd. — [c] relicta munita, C. V.; relicte munita, C. M. — [d] flumen quodam vocatum Euphrates. Sic lego. In C. M., flumen quodam vocatum Euphratem. In C. V., fluvium quodam vocatum Euphrates. — [e] possent reverti. Sic lego; posse reverti, Codd. — [f] liciarum. Sic lego idest quod vulgo dicimus fortificazioni, lineae ec. Liceaurum, C. M.; in C. V. est lacuna. — [g] manus Saracenorum tradentes. In Codd. post verbum tradentes, est punctum; sed vitiose, ut opinor. Omitto igitur punctum, ut sensus sit: qui tradiderunt illos, qui ad tuitionem etc. sive participialiter in casu recto, tradentes illos qui etc. ipsi Pelagio omnem culpam impenderunt. — [h] Anno a Virginis partu CCXXII post mille, C. M.; Anno Domini MCCCXXII, C. V. — [i] Imolæ destruxerunt, C. V.; Imolæ destruerunt, C. M. — [j] tribus millibus librarum, C. V.; MMM libris, C. M. — [k] boni hominibus, C. M.; Bonon. hominibus, C. V.; Bononiensium, legendum. — [l] habitantibus, C. V.; abitantibus, C. M.; ab intrantibus legit Cl. Mitt. — [m] a Porta Laviscis. Sic Codd. Alibi haec porta vocata fuit Laviscae. Vid. Cap. XLIX.

[A] Sic Codd. In charta deditioonis Imolensium a Tondut. (p. 216) allata, legitur: *Porta Spavilla*. In eadem vero charta in lib. I *Turium Confinium*, Archiv. Bonon. existente, habetur: *Porta Spinulla*.